

www.e-rara.ch

**Introductioes Apotelesmaticæ elegantes, in Chyromantiam,
Physiognomiam, Astrologiam naturalem, Complexiones hominum,
Naturas planetarum**

Indagine, Johannes ab

[Strassburg], sub annum Domini M. D. XXII

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-84446>

Praefatio in astrologiam naturalem

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

I N A S T R O L O G I A M naturalem, Ioannis Indagine.

TEMERARIUS fortasse uideri possem, si id conarer ego quod ante me pauci fecerunt in discutienda Astrologia naturali. Vis deo enim omnes alio deflexisse animum, ad theoricen uidelicet. quod ciuilor paulo illa sit: paucos qui naturam, ac temporum mutationes sequuntur, naturalibus uestigijs inceserunt. Iulius enim Firmicus cum in hac, atque artificiali arte adeo primus, & post se reliquerit neminem prestantiorē, non tam obiter tractauit, quam etiam data opera dissimulauit: fortasse quod non adeo multi negotij sit, naturalem Astrologum euadere, maxima uero laus prestare in artificiali. Cum reuera (pace dixerim doctissimi uiri) maior naturali laus debeat, quam artificiali. partim quod fidelior est, & superstitiosa minus: partim quod non adeo facile imponere potest nobis. Nam quid attinet curiosa sectari, quando uix ea que in prospectu sunt peruestigare possumus, etiam que nullis neque principijs firmantur, neque certum est, uera ne sint, an ficta? Cuiusmodi esse uidetur artificialis, non usque adeo peruia humano iudicio. At naturalis, tamen a quibusdam temerarie abnegatur, tamen experientia eo prouehit: ut non possit non mentis inops esse, qui hanc frustraneam esse dixerit: de qua constat, quod multo preclariora per eam agnita sunt, quam per artificialē. Eius rei testem unum citamus Ioannem Liechtenberg, hominem neque Ptholemeo inferiorē. Hunc enim quis non est uehementer admiratus? cui ille non fuit suspiciendus: ut etiam a quibusdam uates habitus est. At is palam mihi concessit, Astrologie naturali debere omnia se, artificiali uero nihil unquam tribuisse: adiutus nimirum etiam Physiognomia, & Chyromantia. Non quod inde suggillare Firmicum uelim, aut ceteros eius artis summates, Albumasarem, Aboali, Abrahamam, Dorotheum, & qui tandem illi sunt: sed quod artificiali hanc meam longe prefero, quantum prestant ea que a natura sunt ijs que sunt ab artificio. Et quamuis multis suspectum sit hoc nomen, atque preterea etiam damnatum ab Romanis pontificibus (qui nihil probare solent quod quaestum illorum diminuere solet) tamen nihil est aliud, quam naturalis philosophie absoluta consummatio. Quid enim aliud uidetur tibi agere Astrologus dum futura predicat, quam quod que secretiora sunt naturae, ac soli deo nota, hominibus insinuat per prophetiam dei uoluntatem, & consilium nobis insinuans. Ut Mosen illum, & Abrahamum Astrologos fuisse, ferunt Iosephus, Eusebius, Dicearchus, Theodotus, & ceteri autores graeci: quos contra Apionem grammaticum citat Iosephus. Quamquam quid hos necesse est citare? cum palam id fateatur scriptura. Sic enim de Mose Stephanus inquit. Et eruditus est Moses omni sapientia Egyptiorum, & erat potens in factis & in dictis. Preterea Ioseph patriarcha, audi quid de seipso dicat ad fratres suos

Iulius Firmicus

Astrologia naturalis prestantior.

Astrologi officium.

A8.7.

os: An ignoratis, quod nō sit similis mei in augurandi scientia? Quid ijs testimonijs clarius? Cesso interim Origenē adferre, autorē christianissimū, qui cisternas effossas ab Isaac, philosophiā extitisse ait: sic ab studio suo patriarcha erutā atq; professam. Nō ideo tamē illā extruimus, quā leges omnes, omnes respUBLICę damnarunt: neq; sanctos homines ei uacasse credendū est, sed illam quę ex certis principijs constat, quā omnes sapientes, omnes cœlestiū rerū studiosi approbant & sectantē, altiore, sanctioreq; omni philosophiā, nempe philosophię apicem & scopū. Alio qui quorsum spectaret tam curiosē syderū & cœlorū motus perquirere per philosophiā, si nihil omnino est quod per suū motum efficiunt astra? Quid tamē motiones illę proderūt, quādo pro maximo firmamento id raturū habēt, nihil agere naturā frustra? Quid, quod in crescentijs, in graminibus, herbescens, in fluxu & refluxu maris, in uernatibus temporibus, in quibus uero ab initio influxu syderū noua creant omnia? Id negare omnino nō possunt. Quod ergo rebus omnib. tribuūt, solis humanis corporibus nō tribuēt, cū eque ex elemētis sint ut nihil aliorū? Quid hoc est portentū? Dicamus & aliud: ne hanc nostrā cum prohibita existimet cōuenire aliquis. Superstitiosam illā, nemo unq; palā professus est, quod in autoris uergeret ignominiam: istā professi sunt optimi uiri, idq; maxia cū laude. Prohibite nullā dedisse fidē Pythagorā, earū artiū fere antesignanū, autor est Diogenes Laertius in illius uita, & idem Plutarchus. Rideēt eadē ab Seneca, explodit ab Cicerone, neglecta est ab Aristotile, Platone, uidebat em̄ indigna de qua unq; facerent uel uerbū quidē. In sūma, ut nullis probat rōnibus, ita nec certis firmat autoribus. Nostra hæc, a clarissimis uiris inuēta & illustrata, hos p̄cipue habuit autores, Xamolcidē, Zoroasten (nō qui forte credit, sed hūc Soromasti filiū) Damigeronta, Apolloniū, Hostanem, Dardanū, Eudoxum, Alchindum, Rogerium, qui ijdē & Magię fuerūt autores. Ex nr̄is autē Liechtenbergiū, nature miraculum. Altissimis plena mysterijs, profundissimā rerum secretissimarū contemplationē, & donum totius nature cōplectit: & nō tam facit miranda, quā facienti nature sedulo subfamulat. Et quēadmodū prohibita dei hostibus mancipans, a uocat a deo, ita illa in eam operū admirationē excitat: & quēadmodū agricula ulmos uitibus, ita terrā cœlo. i. inferiora superioribus uirtutibus maritat. Neq; em̄ ad cultū dei q̄c̄q; promouet magis, q̄ assidua cōtemplatio mirabilium dei. Verum qm̄ in huiuscemodi narratiōibus nō nihil etiā mouent doctissimorū uirorū auctaria, illud *παρέρωσ* monemus etiā Marsilij Ficini, hois citra cōtentionē grauissimi, tertiiū librum legat de uita cœlitus comparanda, intelliget proculdubio, ne minimā adhuc partem dixisse nos eius scientiæ, modis omnibus diuinissimę. Sed neq; dici posse, ut nunq; satis cōmendant quę diuina sunt.

Gen. 4.4.

Astrologia artificialis superstitiosa

Autores Astrologie naturalis

Marsilius Ficinus

ASTROLOGIA

Thomas
aquinas.

Idcirco autem tam obiter hæc præfamur: propter eos, qui semper ignota damnant: proclamantes statim hereticum esse quicquid ipsi uel non intel-
ligunt, uel damnatum uident ab indoctissimis sophistis. quasi ideo mala
uel heretica sit Astrologia, quod hanc calumniatus est Thomas aquinas,
homo uisq; sibi constans. Sed clamitent interim illi, atq; hallucinentur
multa: nos quod polliciti sumus, præstabimus. Si prius id fuerimus
præfati, uiam tantummodo nos munituros: quæ sic tamen aper-
ta erit, ut qui hanc ingressus sit semel, huic promptum sit
ex ijs paruis magna, ex minimis ijs cognoscere maxi-
ma. Ne quid igitur agamus obscurius, & quo mi-
nus imponamus ijs qui in ea arte adhuc rudi-
des sunt, quando tam crebra de do-
mibus mentio fit, de signis, de ho-
rosco, de ascendente, de do-
minis geniture uel signo-
rum, succincte quod unum
quodq; illorum,
diffiniemus
ex Iulio
Firmi-
co.

NATURALIS ASTROLOGIÆ Compendiosa descriptio, per Ioannem indagine sacerdotem, nusquam antea simili tractata compendio.

IN PRIMIS AVTEM HOC REFELLERE OPORTET de Planetis, si quis forte homo mathematicus calumniari uelit, quod præter Solem & Lunam reliquis Planetis non tantum tribuimus, atq; summam rei in ijs collocamus tantum duobus. Sciat tantum inesse ijs uirium quantum reliquis omnibus, debereq; interdum Soli regnum, noctu uero Lunæ, neq; opus est quæcumq; respicere ceterorum, atq; ea differentia est qua ab se inuicem distant Naturalis & Artificialis astrologia. Quod enim species atq; seorsum de singulis Planetis, de obseruatione horoscoporum decernit artificialis, id naturalis efficit una tantum obseruantia motus Solis & Lunæ. Alioq; tamē adeo affines inuicem sibi, ut neutra sine altera ad disci rite possit. Non male locabit operam, qui utranq; coniunxerit, non tam propter scientiam quam etiam uoluptatem. habet enim nescio quid amplius leporis naturalis quam artificialis, tamen si præstantior uideatur altera. Porro Domus quid sit audiamus.